

non servat formam impositam sibi ab Ecclesia, nisi forte tanta esset necessitas q̄ immineret mors omnium. Ut si quando singulos sigillatim Baptizaret, aliquis eorum foret mortuus, aequaliter alios Baptizasset. Qui casus necessitatis excusaret Ministerū utē illa forma, Baptizo vos &c. à peccato mortali, quia non videtur, q̄ Ecclesia voluerit Ministerum arctare ita præcisse ad illam formam, Ego te Baptizo, &c. ut per hoc alicui præcluderetur via salutis. Nunc autem in casu predicatione alicui illorum præcluditur salus, si non posset aliquis sine peccato mortali uti ista forma, Baptizo vos, nam si in quocunq; casu esset peccatum mortale, nullus deberet eos sic Baptizare, nullus enim debet salutem alterius procurare, peccando in se mortaliter. Ex quo patet nullo modo Baptizari debere per aspersionem, ultra prædicationem aut confimilem urgentissimam necessitatem.

Hic obiter aduertendum est q̄ falso ab aliquibus fuit impositum primis illis Catholicę fidei prædicatoribus, & Apostolis huius Novi Orbis cum Hisopo Baptizasse, ut testatur unus ex illis duodecim sanctis

G g s te in-